



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvrghensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

Sic genus equiuocos vult partim esse beatos  
 Corpora dictorum latitant hic more priorum.  
 Te quoq̄ mente pia dotauerunt Virgo Maria,  
 Templi structura des gaudia non ruitura  
 Ipsis in cælis, vbi regnat quisq̄ fidelis.  
 Dilige progeniem Comitis quicumq̄ legens es.

## ADDITIO NES.

**E**VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Gebhardo Præposito Ecclesiæ de *Windberg* eiusq̄e fratribus tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Desiderium q̄ ad religionis propositum & animarum salutem, pertinere cognoscitur, animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis congruum impartiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus & præfatam Ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes vt quascunq̄ possessiones quæcunq̄ bona in præsentiarum iustè & canonicè possidetis aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propicio poteritis adipisci firma vobis vestrisq̄ successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimendâ vocabulis: Ecclesiam videlicet *Saizco- uie* cum adiacente allodio & omnibus pertinentiis suis, sylvam quoque adiacentem monti vestro in *Milbacensi* via *Virlebach* cum omnibus pertinentiis suis, *Embra* cum pertinentiis suis, *Syrinchke* cum pertinentiis suis, *Waltzenperg* cum pertinentiis suis, *Mainkhouen* cum pertinentiis suis, *Vennebach* cum suis pertinentiis. Sancimus etiam iuxta deuotionem bonæ memoriæ Alberti Comitis vestræ Ecclesiæ fundatoris, vt ille qui de progenie sua maior natus fuerit locum vestrum & bona ad eum pertinentia pro salute animæ suæ à prauorum incurfione defendat & nullus in eis exactiones imponat. Quod si inutilis fuerit, liceat vobis ipsum consilio *Babenbergen*. Episcopi ab ipsa defensione remouere, & alium idoneum substituere. Sanè laborum vestrorum quas propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus omninò à vobis decimas exigere præsumat. Statuimus quoque vt ordo Canonicus secundum *B. Augustini* Regulam & institutionem fratrum *Framonstratensium* perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conseruetur. Addentes etiam interdici- mus, vt nemini vestræ professionis facultas sit alicuius leuitatis instinctu, vel actioris religionis obtentu sine licentia Præpositi, vel congregationis vestræ de claustro discedere. Quod si discesserit nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum, absq̄; communium literarum cautione cum audeat retinere. Si verò secundo tertioque vocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci Præposito canonicam in eum proferre sententiam. Liceat quoque vobis in communi interdicto ipsius terræ exclusis excommunicatis & interdictis summissa voce diuina officia celebrare. Porro sacramenta Ecclesiastica à Diocesano suscipiatis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & gratiam atq̄; communionem apostolicæ sedis habuerit, eaq̄; vobis gratis & sine prauitate voluerit exhibere, alioquin catholicum quemcunq̄ malueritis adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus autoritate, quod postulat indulgeat. Sepulturam quoq̄;

quoque ipsius lociliberam esse concedimus, vt eorum qui seilicet sepeliri delibauerint deuotioni & extremae voluntati nisi forte excommunicati, vel interditi sint, nullus obstat, salua iusticia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis Apostolicae auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica iusticia. Si quae igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo terioque commonita, si non satisfactioe congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESV CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sic pax Domini nostri IESV CHRISTI, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant & apud districtum iudicem proemia aeternae pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.

Datum Viterbi per manum Guidonis S. Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis & Cancell. 10. Calend. Januarij, Indictione 10. Incarnationis Dominicae 1146. Pontificatus vero Domini Eugenij 3. Papae, anno secundo.

**W** Ir Heinrich / Der vnd Heinrich von Gottes gnaden Pfalzgrauen ze Rhein vnd Herzogen ze Bayern / verichen offenbar an dem Brieff vnd thun khundt allen den die ihn sehen oder hören lesen / das wir angesehen haben den grossen schaden vnd gepressten den gelitten hat das erwerge Gottshaus ze Windeberg von dem Krieg der zwischen vnser gewesen / vnd ob wir von vnseren gnaden zu des selben Gottshaus widerbringung nicht getracht nach gedacht haben / oder nach gedächten / das es von vnwiderbringlichen gepressten zu ewiger verderbnus khommen wer. Nun haben wir mit verdachten muet demselben Gottshaus die gnad gethan / das sie alle Jahr wann sie wöllent in dem Jahr zu einem mall führen solten zway pfund wayt vnd acht pfund khaites frey vor Mauthen zu Burckhausen vnd zu Scherding vnd vor allen Zollen vnd aller vdrung / also das wir sie nach khain vnser Amptman darainliche pfrenge nach iren solten / vnd soll auch ihn dieselbe gnad ewiglich stätt beiben. Sie solten auch die obgenant freyung jählich führen mit allen ehren vnd rechten / als andere Gottshäuser thuen die solche gethane gnad von vns ewiglich habent / vnd das ihn also stätt vnzerbrochen beib. Darüber zu einem vorkhund vnd zu einer stättigkheit geben wir ihn den Brieff / versiget mit vnseren Insign. Das ist geschehen zu Straubing domanzalt von Christes geburt dreyzehnhundert Jahr / vnd in dem sibent vnd zwainzigsten Jahr an S. Dreichs tag.

**W** Ir Heinrich von Gottes gnaden Pfalzgrauenze Rhein vnd Herzog in Bayern / verichen offenbar an dem Brieff vnd thun khuntt allen den die ihn sehen oder hören lesen / das wir den erbergen Gottshaus ze Saffow bey Straubing / darine vnser Fraweraster durch vnser voderen Seel vnd auch durch vnser selbers vñ all vnserer nachkommen hapll vñ sãlden willen von vnseren besunderen gnaden die gnad gethan haben / Also das wir wöllent wellich Man oder Fraw darin gestohen khumbt vñ welcher lay schuld vñ sach dz geschicht / wie die genant ist / dz derselb Mensch darin vñ vns von vnsern Amptleuten vñ gemainlich vñ alle Leuten frey vñ sicher soll sein / vñ sollt wir / vnser Bis-tum / noch kein vnser Amptman dieselben Leut die darin gestohen sind mit herauf nemen / noch

noch mit nicht nach ihm stellen / die weil sie darin sind / darzu haben wir dem vorgenanten Gotteshaus die gnad gethan / das wir wollen das es noch die Naab vnd Gult die ditzu gehören / wie die genad sint für den Abt zu Windberg Rhein pfand sein / vnd es auch für den von Windberg von vnsern Bisshumben / von vnsern Richtern / von allen vnsern Ambtleuthen vnd gemainlich von allen Leuthen vnbeschwert vnd vnbedrückt ewiglich soll beleiben / das den vordenanten Gotteshaus zu Gossaw die vorgeschriben gnad alle von vns / von vnsern Erben / von allen vnsern nachkommen vnd von allen vnsern Ambtleuten ewiglich stait ganz vnd vnzerbrochen beleiben. Darüber zu einem ewigen Briffhund geben wir ihm den Brieff mit vnsern Insigel versigelten. Der ist geben zu Straubing da man zalt von Christus geburt dreyzehn hundert Jar / darnach in dem fünff vnd dreyssigsten Jar / des nechsten Freytags vor S. Margarethen tag.

Confirmavit has literas *Albertus Dux Bavariae*, huius nominis

III. Com. *Vohburgen*.

Catalogus Praepositorum & Abbatum *Winderbergensium*.

- I. RVDBERTVS popularis sacerdos, sacro ordine *Praemonstratensi* indutus, anno incarnat. Christi 1125, huius Ecclesiae Praepositus primus regere cepit, rexit an. 15.
  - II. Defuncto Rudperto venerabili loci huius Praeposito I. successit EBERHARDVS quidam *Frisingen*, de *Schefflarn*, qui vix vno anno praesidens, ob morum intemperiem depositus est.
  - III. GERHARDVS *Colonien*, Artium Magister, ex Monasterio *Bedenburg Westphaliae Eberhardo* amoro successit; hic praecipiente Papa *Eugenio III.* à venerabili *Henrico Ratisbonen*, Ecclesiae, secundum statuta ordinis *Praemonstratensis*, consecratus est in Abbatem, an. 1141. rexit feliciter annos 50.
  - IV. CONRADVS huius nominis praefuit an. 7. Sub huius regimine altare sunt Reliquiae SS. *Sabini & Serenae* Martyrum ab *Alberto* pronepote *Alberti* fundatoris, vt patet ex versibus infra scriptis:  
 Hic ALBERTI pronepos Comes Aduocatus  
 Proprio qui nomine ALBERTVS est numeratus,  
 SABINVM Diu meritis mire beatum  
 Cum SERENA martyre aduexit in longinquum.  
 Dormitat nonagesimo septimo Millennio centeno  
 ALBERTVS in Domino omni qui viuit in aeo,  
 O SABINE O SERENA, O nunquam ruitura  
 Vestro stet precamine eo modo structura.
  - V. PETRVS rexit anno vno.
  - VI. VLRICVS primus annis quinque.
  - VII. VOLMARVS an. sex.
  - VIII. JOANNES primus an. quinque.
  - IX. CONRADVS secundus an. septem.
  - X. JOANNES secundus an. tredecim.
- Notand. Ab obitu Dn. *Gebhardi* vsque ad initium regiminis *Henrici* sequentis, iuxta computationem annorum, defuncti anni septem.
- XI. HENRICVS primus regere cepit an. 1242. praefuit vsque ad an. 1273. quo resignauit, Jd. Maij, cum rexisset an. 31. ob. an. 1276.
  - XII. AL

- XII. ALBERO eligitur in Abbatem an. 1273. xvii. Calen. Iun. præfuit an. 4. & resignavit.
- XIII. VLRICVS II, electus xiv. Cal. Jun. an. 1277. resignavit an. 1281.
- XIV. CONRADVS III, qui prius fuerat Præpositus in Osterhouen. *Vlrico* sufficitur, & præfuit an. 13.
- XV. HENRICVS II, electus an. 1295. præfuit an. 10. m. 6.
- XVI. DIETRICVS de *Osterbou*. creatus Abb. an. 1305. rex an. 17. m. 6. d. 7.
- XVII. BERNHERVS Abbatia præfuit an. 1323. præfuit an. 4. cum dimidio.
- XVIII. FRIDERICVS I, el. an. 1328. cum præfuisset an. 8. resignavit.
- XIX. GOTSCALCHVS an. 1336. suffectus, moritur an. 1343. in die S. *Alexij* confessoris.
- XX. FRIDERICVS II, p. an. 14. sept. 8. d. 3. ob. in Oct. SS. *Petri & Pauli* an. 1357.
- XXI. THOMAS an. 1357. el. præfuit an. 4. sept. 4. resignavit an. 1361. in die S. *Luca* Euangelistæ.
- XXII. Præfuit eod. anno & die in Abbatem CONRADVS II, qui post an. 8. sept. 6. ob. in vigil. S. *Andrea* Apostoli, an. 1369.
- XXIII. An. 1370. In octaua S. *Agnetis* electus est IOANNES dictus *Hetzinger*, vir prouidus: rexit an. 14. m. 6. ob. in die S. *Valentini* Episcopi & Confessoris, 4. Aug.
- XXIV. VLRICVS III, dictus *Hofman*, an. 1385. post decessum IOANNIS eligitur in die S. *Augustini*. & postquam præfuisset an. 7. m. 5. debilitate pressus resignavit an. 1393. Dominica Gaudere ob. an. 1394. die 7. Ianuar.
- XXV. PERTHODVS electus Dominica Memento, an. 1393. præfedit an. 7. ob. an. 1400. viii. Id. Martij.
- XXVI. NICOLAVS *Ioanner* an. 1400. feria 3. post Reminiscere electus, præfuit an. 30. & resignavit. Hic Abbatia mitram impetrauit à Ioann. 23. P. M. Bononiæ ob. an. 1436. in die S. *Thoma* Apostoli.
- XXVII. IOANNES IV. Abbas creatus an. 1430. feria sexta ante Palmarum, rexit an. 5. ob. an. 1435. feria tertia post Palmarum.
- XXVIII. ALBERTVS dictus *Pärchinger*, instaurator huius Ecclesiæ mense Ianuario an. 1437. electus, rexit an. 25. ob. iv. Non. Junij. an. 1461. tumulatus ad S. *Spiritus*, cuius sacellum ipse extruxerat.
- XXIX. IOANNES dictus *Poysl*, præfuit vtiliter annis 7. & resignavit. Hic extruxit Chorum Ecclesiæ B. *Maria* Virginis in *Sossarv*, ob. an. 1468. in die purificationis B. M. V.
- XXX. VDALRICVS dictus *Humel* de *Perging*, artium liberalium Magister, creatus an. 1468. senio & infirmitate pressus resignavit ob. an. 1498. cum fideliter præfedisset tam in spiritualibus quàm temporalibus. an. 29. Hic Bibliothecam & Cappellam S. *Martini* extruxit.
- XXXI. Anno Christi 1397. *Vdalrico* adhuc in viuis existente, eligitur in Abbatem PAVLVS vir prouidus, vitam terminavit an. 1512. die festo S. *Sabini* Episc. & Martyr. patroni huius Monasterij, cū rexisset fideliter an. 15. m. 7.
- XXXII. SIGISMVNDVS vir prouidus an. 1513. in conuersione S. *Pauli* electus, præfuit vtilissime an. 7. ob. an. 1519. xiv. Cal. sept.
- XXXIII. WOLFGANGVS præfuit bene annis 4. ob. an. 1523. in profesto S. *Vrsula*.
- XXXIV. CASPARVS dictus *Schuuab*, rexit vtiliter annis tribus, ob. an. 1526. in vigilia Annunciationis B. *Maria* Virg. specialis & tutelaris Monasterij patronæ.

- XXXV. GREGORIVS dictus *Haidpüchler* el. an. 1526. feria tertia post Dominicam Misericordia, ob. an. 1542. V. Octob. cum rexisset an. 16.  
 XXXVI. IOANNES dictus *Talmaier*, ob. an. 1570. circa diem cinerum cum præfisset an. viginti novem.  
 XXXVII. CHRISTOPHORVS dictus *Curtius*, Monasterij *Scheffelaru* professor, præfuit an. 29. ob. Id. Jun. an. 1598.  
 XXXVIII. ANDREAS *Vogelius* el. an. 1598. die 22. Junij qui vsque nunchie Monasterio singulari cum laude; vultusque præest.

## V E I A R N.

**M**onasterium Canonicorum Regularium Ordin. D. Augustin. ad Mangualdam fluuium. Ioan. Auent. in Annalib. fol. 552. 622. & 724. ita ponit; vinariam superioris Bavarie præfecturam, hoc est Comitatum seu Dominium, Sigibotho Adoledo coniuges cum liberis Sigibothone acq; Gertrude, Aurohanis sacris addicunt. Diploma fundationis ita habet.

**I**n nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Notum sit omnibus CHRISTI fideibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Sigibotho DEI gratia aliquando Comes, in honorem Domini Iesu Christi eiusque perpetuæ Virginis Mariæ, nec non omnium Sanctorum, pro remedio anime meæ, & quondam conjugis meæ Adthaid, nostrorumq; filiorum Sigibothonis & Gertrudis; omniumq; parentum nostrorum, partem hereditatis meæ, concedentibus Nostris propinquis, ad construendam in honorem Principum Apostolorum Petri & Pauli bati Augustini, communem vitam profitentes locare disposui. Singula autem ad solvendam necessitatem eorum delegata in charta presenti subscripsi, & rata Testium assipulatione infra positorum corroboravi. Sunt autem hæc, quæ Deo largiente & aspirante ipsi famulatiua prædictis Canonicis concessi, vinarie tres villicanas curtis in novalibus. IV. Mansos, IV. Molendina. Talschingen, curtis vnam, Pfrumare curtis vnam, Stocharen curtis vnam, Vffingen duas curtis & Mansum vnum, cum Molendino, locellumq; vnum casei exprimendis aptum, telues quinque; saginas vini in Autumno exsolventem, quatuor autem in Vere de nostro vino Placidelle; conducentem etiam delegati Bochen vineam vnam, Megis vineam vnam, Gine vineam vnam, Placidelle vineam vnam. Testes autem huius traditionis sunt, Rudolph Aduocatus & filius eius Sigibotho, Vldaricus de Wilcheringen, Gebo de Sceuenkirchen, Heinrich de Sechirgen, Adalbero de Diethramingen, Louinus, Perhart de Frosthaim, Meginhart de Purestalle, Dietmar de Perchaim, Gislolch Ekahart, Lonold, Romprecht, Walchun, Ozo, & alij multi.

Hanc autem delegationem ad Altare sancti Ruperti, suscipiente eam venerabili Archiepiscopo Conrado, presenti etiam Pataviensi venerando Regmaro Episcopo obtuli, ut inde Magister, si dignus in ea inuentus non fuerit, assumatur. Hanc traditionem tali conditione consulentibus viris prudentibus fieri, ut si quis Episcoporum in alium usum, quam nos ordinavimus, retorquere præsumperit, proximus nostræ sanguinitati, sup. Altare S. Ruperti vnum Byzantiu exsoluat, & ipsam canonicam, cum eius vicensilibus, in proprium ius redigat. Hæc autem omnia me petente prædictus Archiepiscopus Conradus, Domino Rudolpho in Aduocatiâ interposita conditione commendavit, ut si in aliquo notabili excessu ter deliquerit, & quarto non correxerit, Canonici habeant libe-